Siena (?), 8. Jahrzehnt 15. Jh. /vor 1478

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8184
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Nam petram frangit / urinam provocat / renes mundat / educit
arenulas / caput a doloribus liberat · dentes ab oculis maculas ·
auditum auribus prestat / et sonitum removet · cordi pectoriq;
medetur · huius aque calidus potus interiora mundat

Calatura

Et alio rupis latere / unda surgit que adescensu
montis calatura dicitur · Hec unda declarat faciem /
morpheam / et alias turpes notas ab ea removet · cor leti-
ficat · mentem roborat · stomachum confortat · preteritas cra-
pulas digerit · / appetitum incitat · tussim fugat · / dat pul-
moni quietem / et prundet ne tisis ex tussi parata procedat ·

Subueni homini

In capite sequentis littoris quod
puteolos usq; protenditur infra criptam in rupe canatam
saluberrima manauit aqua · que obstructis ob iniuriam
ventis / et fonte relicto sub arena intra dictam criptam et
mare perquiritur · Et quia egrotis hominibus miraboliter subuenit ·
Subueni homini nomen accepit · Egesta igitur arena / locum
dispositum intrans egrer / statim scaturiencium stillam sentit
auxilium · fons iste animi tristiciam / et defectum stomachi
tollit / ipsum confortat / et facit ut appetat · / pulmonis / cordis /
splenis / et tumidi ventris deponit onera · mentem clarificat /
antiquo podagre inducatam dat requiem / et omnes species
doloris auferet · Excellens ty eius operatio / in restauratione
debilitatorum membrorum luciding emitet · Balneum sce anastasie

Obstruitur arena similis balneum sce anastasie / qd nomen /
quia prope cappellam huius sce dedicatam aqua surgit
bat / assumpsit / · facta ergo fossa aqua recenter egredien-
ti corpus recreat artus · et cor mirtutes nouat · Tollit